

Z c
7249



A.H. 261,35

7599


SCOTT. INVITATIONE. FRATERNALIA. VI
INVITATIONE.

INOBIS

TVM PETRI MOSELLANI PRO
TEGENSIS VIRI, DVM VIX
it, extra omnem ingenij aleam sepositi,
Henningi Pyrgallij Asalingensis
Planctus.

Additis pauculis, in transla:diui Bennonis
Epigram:necnon quibusdam alijs.

M. D. XXIII.



IN AFFECTATAM MORTALIVM STO-
LIDITATEM.

Celsa mortales , petimus , miselli
Scandere , et lucris inhiamus omnes .

Inter et mille est modicus uel unus

Vix statuendus
Flagrat hic teda nimium iugali .

Hic sacris Bacchi Cererisque turget .

Dissipans quicquid patris expedita

Contulit arca

Ille perquirit latebras auerni ,

Ac gerens fului , grue pondus , auri .

Et sicut quicquid pariunt remoti

Seres et Indi .

Aestuus pugnis animosus alter

Possit ut regni dominus uocari .

Tradere ac famam celebrem deinde

Posteritati

At mihi faelix potius tenetur

Qui nihil glisat , nihil expauesat .

Sorte sed gaudet tenui , nec ultra

Laxat habendas

Et timet summi , stomachum , Tonantis

Disat ac recte incolmis moriri .

Possit ut sponso ueniente faustus

Astra subire .

PLANCTVS IN OBITVM PETRI MO=
SELLANI qui dc>as>s*it* Anno M. D.
XXIII. xij. Kalen. Maij.

O mors atra, bonis, quam pernicioſa notaris
Mentibus, ah quis te poſthabuiſſe potest?
Pro dolor auellis, quæcumque tuctur Olympus
Nec parcis iuueni, decrepitoue ſeni.
Sit diues uel inops quisquam, ſit gnarus an excors
Maiorum aut claris, progeneratus, auis,
Sub tua iura cadit, neque enim discriminā ponis
Aetatum, aut fortis, omnibus una manens.
Hac ſub lege graui, nimirum, intrauimus orbem
Quo necis affueſſant, colla ſuperba, iugo.
Attamen in primis urget, quod nuper obiuit
A Moſa Petrus, nomina, clarus halens
Namque hic Lipſiacam, feruens, redimire, iuuentam
Cœpit, & in Græcis, prima trophea, tulit
Hunc mihi uon quondam potuit ſat tollere Erasmus
Aedita dum ſubij, mœnia, Louanij
Dixit enim, uiuat, Petrus meus, omne per æuum
Vir placidus, iustus, magnanimusque pius
Vir grauis & prudens, omni ac uirtute decorus
Cui reſidet paſſis, attica ſuada, labris
Illi nuper enim ſcripsi quod pergeret audens
Vertendo in latiam, carmina græca, phrasim

A ij

Et probo rectoris, q̄ munia fertis eidem
Lipsiaci, hinc uobis fama perennis erit
Ingenijs deferre bonis, amplissima res est
Haud finite illustres, ergo fouere, uiros
Nimirum fœlix, extat respubica, quando
præficiatur sapiens, candidus, atque teres
Nec gelide extulerat Rogerus Rescius illum
Louanijs Graijs, proxima stella, notis
Hinc Adrianus item salsa tellure creatus
Per Misnam in linguis, censuit esse iubar.
Limina grandæui sic consolatus Erasmi
Deserui, Gallis intuleramque pedem
Nec minus a Fabro, fuerat minus atq; Bouillo
Budeoque mihi uectus ad astra Petrus
Badius & dixit, fœlix est Lipsia tellus
Quod Mosellani, clara fluenta, bibit
Obstupui, fateor, tantos hunc nosse Solones
Sed quid non animi, dona beata, ferunt?
Desiāunt Arabum gazæ, uiridesque smaragdi
Et Paphiæ spædes, ut rosa blanda perit
Non iuuat altus, honos, nec durant regna per æuum
Omnia turbinibus, nanque subacta iacent
At sophia & uirtus solæ succumbere lætho
Diffugiumt, illis hinc senuisse iuuat
Vos igitur iuuenes, qui Lipsia septa tenetis
Oaa, permoneo, linquite, fœda citio

Archetypusque operæ, uobis sit Petrus anhelæ
Quem nuper tellus, clausit auara sinu
O luæm infastam, nigro, & carbone notandam
Qua ruerat nostræ, firma columnæ, scholæ
Attamen una salus superest, quod liquerat ille
Dogmatis ægregij, semina grata, sui
Nam sunt qui Graias, noctuque diuque amenas
Versare assueti, commoda latæ, ferunt
Nec deest Hebræi sermonis cura iuuentæ,
Extent Cellarij, q̄ monumenta, grauis
At Mosellanus, quia soluit debita Petrus
Naturæ, & nullus uertere fata potest
Manibus illius hinc requiem exoptemus amenans
Aeterna ut fruier, dexteritate, queant.
Hoc solum restat, liuor procul occidat omnis
In uita illustres sollicitare solens
Non est cum laruis equidem luctarier aptum
Sublatum aut fato, perfodere ense truâ
Crede mihi, arguti cantabunt semper olores
Post modicum at cæset pica sonare loquax
In pretio Argivus, ærtum est, reminebit Homerius
Zoilus in cœno, dum resupinus aget.
Scripsisse ulterius, sed non indulxit Apollo
Singula multiscij, facta referre, uiri
Sit satis hinc alijs ansam exhibuisse patentem
Quos mage Castalij gurgitis unda fouet

A ij

EPITA: QUEDAM TUMVLTVARIA
DE EODEM

Quisquis ad hoc saxum propere uestigia ducis
Te Mosellani, cura suprema trahat,
Et dic summe pater rerum miserere sepulto
Quandoquidē, uentus, puluis & umbra sumus
Tu uita es, tu nostra salus, assertio nostra,
Hinc facē tartareos, hunc superare, lacus
ALIVD.

Calluit Hebreum, qui Græcum, quique Latinum
Hac Mosellanus, carne putrefact humo
Spiritus æthereas uerum est sublatus in auras
Cui præsta requiem, Iuppiter alme, piam

• EPITA: THEODORICI BLOCHII
Asalingij artium & medianæ docto-
ris celeberrimi apud Premōstratēses
in Parthenopoli nuper hu-
mati. Anno M.D.xxiiij.

Blochius in medicā, doctor æleberrimus, arte
Et sophiæ præses, hac tumulatur humo
Iurauit multos, se non curare ualebat
Ultimū dum fato, uenerat acta dies
Irgo illi æternam, da Iuppiter alme, salutem
Qui fuit hildesij, gloria magna, soli

AD CLARISS: IOANNEM BRANDIVM
artium & legum doctore celeberrimum.
Patrium Hildesianum.

Quam tibi transmitto, Mecœnas docte, salutem
Accipito, & monitus uolue, reuolue, mos
Non grauibus nimium studijs, tua pectora, lede
Sed tibi cum Musis, uox supra, cape
Nec cures rabidi, uesania murmura, uulgi
Illi quandoquidem non nisi stulta placent
Græca sapientia nitide, latijs exultus es aruis,
Hebreaque tenes, dogmata multa, phrasa
Astrologus sapiens, celebris sophiæque professor
Dicaris & legum soluere uincula potes
Munificus, gratus, mansuetus, prouidus, amplius,
Et pius, & patiens, sorte furente graui
O tecum quoties symposia lætus iniui
Iuuit & in uiridi membra locare solo
Hortus nanque, tibi, florum differtus odore
Elisium ueluti spirat, ad alta, nemus
Ilic pisane, uiuenti gurgite, largæ
Substant, atque omni parte renidet ager
Et nisi sors belli plantas secuisset ad unum
Alcynoum his posses iure præire duæm
Sed quæ non bellum mala parturit, omnia tollit
Et sinit in fixo, nil remanere, loco

A iiiij

Rite patrem iccirco hoc cunctorum , sacra uetustas
Vulgauit, ueluti ex quoddiana probant
Tu calles, nostris, quietum, Mars efferns , oris
Sæuijt, ex flammis, omnia pene, tulit
At si Lipsiacæ, te tangit cura , palestræ
Accipe, q[uod] sophia munia prisa, uigent .
Vendicat ex primis, ante hac quo, diua Thcosis
In preio ex remanent, utraq[ue] iuri, bono
Ridemus sannas stolidorum, ex scismaticis, laudant.
Qui nil q[uod] capiti quod quadrat usque suo
Floret ex in primis Galeni arcana facultas
Aeripere a fato, languida membra, ualens
Carmina panguntur, doali meditante iuuenta
Et Ciceronius, uernat ubique, lepos
Sobria mens nostra est fidei mysteria seruans
Quæ dudum ueteres asseruere patres
Pro nouitate mihi, cordi est, sincera uetustas
Qua sat contentus, cætera taxo pili
At quia quot capitum sunt ex totidem studiorum
Milia, quo arca mens sua cuique manet
Te tamen exhortor, omni ne credere aures
Spiritui, nam fraus hic ex ubique latet.
Ac ualeas fauste , dulci cum coniuge tandem
Ac pueris, donec humidus austera rit
Donec in apricis orientur lilia campis
Ac donec medio uere tepeſet humus

Donec sub cancro reddintegret horrea messor
Ac donec salices, hirta capella, petet

IN BENNONIMASTIGEM OESTRVM
Impie, quid sanctos, prosandis dente minaci?
Furafer, extorris, scurraque procatior omni?
Quid tantū insanis, neq; enim es furiosus Horestes?
Orgia nec Bacchi peragis stimulante Lico?
Quas nugas non effutis cerebrosus ab æstu?
O ouium Christi pestis rabidissima, quas non
Turbasti gentes, inuerso nomine ueri?
Mirum est facta probas carnis, sed pectoris odis.
Forte sapiis solus, cornicum & lumina figes.
Atque eris octauus sapientum, aut missus olymbo.
Tertius inde Cato uoataberis, aut Rhadamanthus.
Sed uereor tetro suffleris numine quodam
Vnde mecent tantæ, solidissima semina, fraudis
Nos, me hercle, asserimus sanctorum corpora rite
Seruiri atque illis obnixa precamina fundi.
Nam pater astrorum nutu qui concutit orbem
Ilos selectos, nimiruum, appellat amicos
Sed quid amicatio, non possunt iura parare?
Sic placuit patribus, sic tota ecclesia sanxit
Flamine quam constat semper moderarier almo.
Ah stolidi in scyrpo uos nodum queritis, atque
Temnitis in clara, transcendre ad æthera, luce.

A 5

Cunque alios morbo tentetis, forte, leuare
Vlaeribus pleni, spirabitis ultima uitæ.
O pecus, elleboro dignum purgarier atro
Omnia quod cribrat, et se modo negligit unum.
Summa tamen cum sit sapientia yvωθι σε αυθογ.
Exitterat Benno mihi congenitilis ab ortu
Cuius maiores uirtutum germe clari
Pacarunt syluis, et strata incerta uiarum.
Pupillos defensando, pressos releuando.
Atque hodie superest arx unde his nomina constat
Vuoldensteyna uocant, patrijs que cernitur oris.
Sunt posita in Canone, sanctorum nomina missæ,
Ergo mihi uanus fuerit dicendus et amens
Illorum quisquis uenerari numina temnit
Hæredes regni, quos nouimus esse, superni

Qui sapit, a medio declinat, gurgitis alta
Littoranam iuxta tutius instat iter.
Scurus quo pacto igitur qui lustrat abyssum
Scripturæ, et monitus linquit ubiq; pios.

Qui nimis alta petit non raro deedit auæps
Nec tutum est rabido, uela dedisse, notho

AD DIVVM BFNNONEM EPISCOPVM

Misnensem, patria Saxonem ac Hildesianum qui
translatus est, non sine magna fidelium expe-
ctatione anno M. D. xxvij. XVI. Kalen.

Iulij, in ecclesia Misnēsi Ode Ascle-
piadea:

Benno Saxonica, nate, propagine
Adsis, suppliciter, te uocantibus.
Incassum haudque sinas ejacer preces.
Nam perspecta satis est tua comitas.
Mansuetiq; animi, summa modestia.
O quot, morte cita, nuper ademeras.
Et uite intuleras, gurgite, perditos.
Quotque ac igne sacro & febribus aridos
Curasti propere, candide pontifex.
Te coeā innumcri sollicitant prece.
Et surdi ueniunt ad tua limina.
Tu claudos releuas gressibus arduis.
Et renum uicijs antydotum paras.
Subducis scabiem & tormenta uiscerum.
Ac præsens laterum es si ingruerit dolor?
Francum tu reprimis triste malum nimis.
Quis non ergo tuum sustulerit decus?
Laudaritque dei munia splendida
In sanctis, quibus est ipse caput ualens.



Gaude præterea patria nobilis

Quod tantum ædideras Misniacis uirum

In cuius meritis Iuppiter optimus

Exaudit faclis uota fidelium,

EPIGRAM: AD EVNDEM

Benno pater patriæ, summo qui degis Olympo

Conspicis & numen, iam sine fine, triplex

Te petimus uotis satagas descendere nostris

Dum uitæ æternæ, numisa iuncta, petunt

Fac quoq; criminibus uacentur pectora fœdis.

Spiritus ac subeat, dogmata sana, probans

Quo sic fælia potiamur fine, nec hostis

Ille uetus, technis, possit obesse, suis,

AD DIVAM VIRGINEM LITANIA

Vnica mæstorum, spes, & tutela, reorum

Quæ virgo & mater, sola uocata, manes.

Respic mortales, tanto sub turbine, rerum

Ne phlegetonteis, præcipitentur, aquis.

Nam uelut errantes agni sic uiuimus omnes.

Ac crates fugimus, septaq; tuta dei

Pro libertate est nunc indulgentia multis

Ac leui iuris quilibet esse studet

Nemo subesse cupit, tanta est uesania mentis

Terrea sunt igitur secla, suborta modo

Te precor i*c*circo summi regina Tonantis
Sis plebi auxilio , con*ci*liata , tue
Ac solidum con*cede* animum, qui noxia calat
Atque tue proli subditus esse uclit .
Non certe est urgens , hæc seruitus, at libertas
Maxima, que finem non habitura suum est.
Dispereant igitur, qui spernunt subdier illi.
Omnibus in rebus quod, si*at* ordo datus
Sed nos te merito petimus que proxima Christo
Imperitas, uisti & conspicis im*ma* soli
Non alio ducent me somnia uana popelli
Linguique stultiloquum, sublita felle, sophum
Gramine nam uiridi timeo latitare colubrum
Atque sub agnina ueste cubare lupos
Candida persuadent, nimirum, at pessima complent.
Dissonat hinc uerbis, lubrica uita, suis
Hei quantum scelus est, sacra farier ore rotundo
Sordenti & mox se commaculare, luto

AD HENRICVM HAMIFERVM AQUILO
nipolitanum uirum iam pene decrepitum
Piladem suum unice obseruandum .
Si uales recte, senio grauate
Hamifer præstans sophiæ magister.
Atque musarum decus expolitum
Lætor abunde .

Lauream gestas merito corollam.
Condis et Carmen lepidum subinde.
Actibus sacris penitus dicatus.

Sæcula spernis.
Templa diuorum preabus fatigas.
Et legis si quid superextat odi.
In diem uiuens, ueluti redemptor

Tradidit orbis.

Nil times teli, iaculum, trisulæ.
Nec maris fluctus Borea furentes.
Tutus at iuxta resides quietus

Mœnia parua

Vertis et tedas, cineresque uiuos
Aemulus uitæ Curiæ celebris
Phocyonisque et tetridi Catonis

Atque Metelli

Congeris gazas animi beatas
Nemo quas furum rapiet, nec ullus
Prædo subducet, neque punget atro
Stigmate miles.

Dumque mercator cupidus luælli
Aestuat, phœbi radijs perustus
Et sibi uitium negat expeditum

Lassus in umbra.

Tu bilis dulæm Cereris liquorem
Fronde sub uitis residens amens

Dante solamen placidum frequenter
Cespite uiuo.

Præstet iccirco tibi rector æui
Temporis tantum ualeas tenere
Gradam Christi, sine qua beatus
Non erit ullus

Ac memor nostri maneas amice
Integer, ridens sycophanta quicquid
Aeuomit, rectis cupiens obesse
Dente proœdia.

Lipsiæ In ædibus Nicolai Fabri. Anno
M. D. XXIII. XV. Kalē. Iulij.



ad congregacionem



2010

ZG 7240 64
Hans von Welt



B.I.G.

FarbKarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



AVIATION MATATICA IN
MENTATICA

INOBIS

M PETRI MOSELLANI PRO
REGENSIS VIRI, DVM VIX
it, extra omnem ingenij aleam sepositi,
Henningi Pyrgallij Asalingensis
Planctus.

Additis pauculis, in transla:diui Bennonis
Epigram:necnon quibusdam alijs.

M. D. XXIII.

